



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Magni Servi Dei P. Julii Mancinelli Societatis Jesu**

**Cellesi, Jacopo**

**Oeniponti, 1677**

Devoto Lectori Interpres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42734**



## DEVOTO LECTORI Interpres.

**Q**uam fidem hæc hujus vitæ historia mereatur, facilè mi bone Lector ex sequentibus conjicere capitibus poteris. Est illa in primis ab Auctore dicata summo Pontifici Clementi IX. Christi in terris Vicario, cui utique nihil, nisi valde authenticum, nisi probè examinatura soleat offerri. Deinde ipse P. Julius Mancinellus eam referre in tabulas & annotare coactus est obedientiæ, quæ religioso homini fortior afferri necessitas nequit, inevitabili impulsu, quem consitat maluisse millies emori, quam vel levissimum ex professo dicere mendacium. Vide Præfationem. Demum Auctori constituit incredibili labore, fatetur enim in suis 22. Junii anno 1675. ad me datis sibi agendum fuisse cum Congregatione sacri officii, cum pluribus Episcopis, multis cum Cardinalibus, ipsis duobus cum Pontificibus, ac demum cum Magistro sacri Palat. Apostolici, historiam hanc multis apud se annis pressam transisse per ignem & aquam, ac denique emersisse in refrigerium veritatis apertæ. Ad fidem versionis quod attinet, fateor me nunquam ex professo voluisse à sensu auctoris deviare. Vale.



XX

INDEX